M. AVRELII CASSIODORI SENATORIS V. C.

OPERA OMNIA QVÆ EXTANT, ex fide manuſcr. auctiora & locupletiora;

COLLATIS ETIAM EXEMPLARIBVS tam veteribus, quàm recens editis:

CVM INDICE RERVM ET SENTENTIARVM ſcitu notatúque digniorum.

Pagina ſequens quæ hoc toto volumine continentur vice Indicis deſignabit.

Num. 29. Cap. 8. num. 42

1702

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD SALAMANCA

AVRELIÆ ALLOBROGVM,

Sumptibus Petri & Iacobi Chouët,

M. DC. XI.

AMPLISSIMO VIRO DOM. HVG. PICARDETO

Chriſtianiſſimi Regis Galliarum ſacri conſiſtorij Conſiliario, & in ſupremo Burgundiæ Senatu fiſci Procuratori,

PETRVS BROSSEVS S.

NOTAS meas in Caſſiodorum, cùm edere apud animum ſtatuiſſem, Vir Ampliſſime, tui nominis auſpiciis id mihi facere viſum. Cauſæ quippe in promptu multæ & magnæ, Virtutes tuæ, Eruditio, benignitas in literatos, nec non etiam beneficia accepta, Virtutes inquam tam publicas quàm priuatas: Eruditio, res omnibus

MAGNI AVRELII CASSIODORI SENATORIS, &c.

VARIARVM LIBER I.

¶ Anaſtaſio Imperatori Theodoricus Rex. I.

De pace quærenda quam fuiſſe noſcebatur cauſis emergentibus vitiata.

OPORTET nos, clementiſſime Imperator, pacem quęrere, qui cauſas iracundiæ † noſcimur non habere: † quando ille moribus obnoxius iam tenetur: qui ad iuſta deprehẽditur imparatus. Omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas: in qua & populi proficiunt, & vtilitas gẽtium cuſtoditur. Hæc eſt enim bonarũ artium decora mater, hæc mortalium genus reparabili ſucceſſione multiplicans, facultates protendit, mores excolit, & tantarum rerũ ignarus agnoſcitur, qui eã minimè quæſiſſe ſentitur. Et ideò, piiſſime Principum, potentiæ veſtrę conuenit & honori, vt concordiã veſtram quærere debeamus, cuius adhuc amore proficimus. Vos enim eſtis regnorũ omnium pulcherrimum decus. vos † totius Orbis ſalutare præſidium. quod cæteri dominantes iure *ſuſcipiunt, † quaſi in vobis ſingulare aliquid ineſſe † cognoſcunt: nos maximè, qui diuino auxilio in Repu-

Legatos mittit ad Anaſtaſium ſanciendæ pacis cauſa.

† cognoſcimur

† quoniam

Pacis laus.

Laus Anaſtaſii.

† eſtis

*ſuſpiciũt

† quia

† cognoſcitur